



officinis tuendis, & in majus meliusve provehendis a Patre Patriæ præfectus es, fulgore quodam TUO omnium oculos perstrinxisti, orbemque literatum vectigalem TIBI reddidisti. Atque egomet ipse, quantulacunque chori hujus pars sum, & antea in scholastico, & nunc in ecclesiastico docendi munere singularem TUUM in me favorem multis modis expertus sum, ut spem opinionemque meam longe vicerit. Qua de causa, cum analecta hæc, ne quid forte per imprudentiam scriptoris vel illustrium familiarum existimationi, vel Augusti